3635 tabula marmorea. Rep. prope Tibur in villa Hadriani mense Aug. 1742, inde Tibure in aedibus Colonna REV., similiter VVLP. In eisdem aedibus Sabbi-Colonna (iam Serbucci) hodie quoque extat.

I
f ORTI
T · AELIVS · AV*g. l.* EVHODION ·
TABVLARIVS · VILLAE · TIBVR
TIS · ET · · VICTORIA ·
FILIO · DVLCISSIMO ·
B · *m* · F

Descripsit Mommsen, recognovi ipse. Revillas sched. Berol.; Vulpi Lat. 10 p. 421; Mingarelli in ephemeride Veneta *la Minerva* d. 20 Oct. 1763; Borghesi, cui dederat Aloysius Vescovali, in duabus epistulis altera data ad Io. Labus d. 25 Mai. 1819 (opp. 6, 132), altera ad St. Violam d. 21 Mart. 1845 (opp. 7, 519); St. Viola *decennio* p. 123; Henzen syll. n. 5147.

5 spatium vacuum fortasse destinatum ad recipiendum Victoriae nomen gentilicium, si libertatem foret nacta.

3636 parva tabula marmorea. Rep. m. Oct. a. 1838 prope Tibur *in luogo detto il Pisciarello entro l'antico recinto della villa di Adriano*; emit Viola.

D · M
AELIO · PROBO · AVG · LIB ·
AELIVS · IRENAEVS · COM ·
ME · VILLAE · TIBVRTIS
AMICO · ET · COLLIB ·
B · M · F ·

St. Viola *decennio* p. 120 (inde *bull. dell' Inst.* 1849 p. 94; Henzen syll. n. 6280) cum epistula Borghesii (repetita opp. 7 p. 519), *giorn. arc.* vol. 119 (1850) p. 283.

3. 4 *comme(ntariensis)*.

3637 ara. In aede S. Leonardi extra Tibur SIEDER et similiter RELIQVI paene omnes; ad radices Montis Catilli in S. Leonardi extra urbem (porta Cornuta) ACC.; Tiburi in suburbio in S. Leonardo, ablata ex via Valeria PIGH. (Luz.); *fuor de la porta Cornuta nella chiesa di San Leonardo posta nel suo hortulo* LIG. (Taur.). S. l. inter Tiburtinas MANC. MARZ. — Tiburi in loco publico MOR. f. 49, *nella via publica per mezzo la città di Tivoli* LIG. (Vat.).

DIS · MÁNIBVS
AELIAE · T · F · PERPETVAE
QVAE · VIXIT · ANNIS · III
MENS · VII · DIEB · XXIII
T · AELIVS · AVG · LIB
AMPLIÁTVS
TABVLÁRIVS
VILLAE · TIBVRTIS · ET
FLAVIA · APHRODISIA
PARENTES · FILIAE
DVLCISSIMAE

Sieder f. 76 (inde pendet Rambertus Pat. f. 141'); Brunelleschi f. 72; Accursius f. 7'; Leoncini f. 3'; Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 2. 2'. 6 (ex Mancinianis Manutius Vat. 5237 f. 423); Pighius Luzac. p. 214, Berol. f. 150; Morillon Amst. f. 47' et vv. 1—8 denuo f. 49; Smetius apud Waelscapplium f. 97', ed. 104, 5, ubi dicit accepisse se ab aliis (ex Smetio Grut. 591, 10; in ed. 2 adhibitae sunt schedae Pighii); Ligorius Vat. 6034 f. 21, Neap. l. 39 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 113), Taur. vol. 20 f. 16'; codex Ottobonianus 2970 f. 17; a priorum aliquo Marzi II p. 182 (inde et ex Grut. Vulpi 10 p. 406).

In ipsis verbis, item in distributione versuum, consentiunt Accursius Leoncini cum suis (nisi quod Mancinius apud Pighium — non apud Metellum — hic illic leviter variat, ut in v. 2 QVE pro QVAE Pighius Morillonius (f. 47') Smetius Ligorius Ottobonianus; Sieder v. 2 pro T·F habet ET, v. 4 DIES (D Ramb.), v. 8 TIBVRIS. Reliquorum varia lectio omitti potuit. — Apices dedi ex Accursio Pighio Morillonio, I longas ex solo Pighio.

3638 Tibure in sancto Savo, ita vulgus appellat LEONC., *in San Savo* OTTOB.; fuisse *in un marmo non lungi dalla chiesa di S. Benedetto appresso la chiesa disfatta di San Sabba* ait MARZI, iam non extare significans. — Tibure in S. Alexandri METELL. Tibure, loco accuratius non indicato WINGH. CITT. SIRM.

AELIAE.....
TRANQVILL....
MARCI FESTI...
ET A MEMOR ...
ANTONINI PII *felicis*
INVICTI MA*ximique*
AVG
S · P · Q · TIBVRS *et*
IVVENES · ANTO*niniani*
HERCVLAN*ii*

Leoncini ms. f. 4'; ab hoc Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 2'; item ex Mancinianis, sed neglegenter, Manutius Vat. 5237 f. 423. Ab eodem exemplo pendere videntur etiam codex Ottob. 2970 f. 18' et Marzi II p. 227 (inde Vulpi Lat. 10 p. 677). Ex lapide Metellus Vat. 6040 f. 49; Winghe Brux. 1, 6' cum Cittadinio Marc. p. 105 et apud Manutium Vat. 5253 f. 187; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 141 et 198.

Versuum distributionem antiquam retinent omnes praeter Ottob. et Marz. A dextra fractam fuisse et per se apparet et indicant boni auctores plerique. — 1 AELIAE Leonc. cum suis Ottob. Winghe Citt. Sirm. (HELIAE Marz., A·F·L·LAELIVS Manut.), AELIA·E Metell. — 2 TRANQVILL.. Met. Ottob., TRANQVI.. Sirm., TRANQVIL Marz. Wingh. Citt., TRANQVILLAE Leonc. cum suis (TRANQVILLVS Manut.). — 3 MARCI FESTI.. Sirm., MARCIFESTE Leonc. cum suis, MARCI·FESED.. Metell., MARCI·FEST Wingh. Citt. Marz., MARCI Ottob. — 4 ET·A MEMORI.. Met., ET A MEMOR reliqui (ET·M·F·MOR... Manut.). — 5 I longas dedi ex Metell. et Sirmondo. — 7 AVO Ottob. Marz. — 8 TIBVRS Leonc. cum suis et Metell., TIBVR.. Ottob. Marz. Wingh. Citt. Sirm. — 9 AVTO Wingh. Citt., ANT Ottob. Marz. — 10 HERTVLAN Citt., HERCVLAN Wingh., HERCVLANI Metell. Sirm.; totum versum om. Leonc. cum suis Ottob. Marz.

Coniugi vel filiae Marci Festi, sive quo alio nomine appellabatur, imperatori Caracallae a memoria, videtur fuisse haec basis dedicata a senatu populoque Tiburte et a collegio iuvenum qui in honorem imperatoris appellabantur Antoniniani. Festum illum praeter scrinium memoriae etiam altero officio apud imperatorem functum esse, ut puta officio a cubiculo, quod una cum officio memoriae sustinuerunt Castor Severi libertus teste Dione 76, 14 cum emendatione Hirschfeldii (apud Friedländerum *Sittengesch.* 1[5] p. 103 not. 4) et is cuius est titulus huius Corp. vol. VI n. 8618, testis est vocabulum *et* v. 4. Gratiosum illum fuisse apud imperatorem satis hic ipse titulus indicat. Possis conicere fuisse illum eum Festum quem Caracallae fuisse a memoria eique comitem in itinere Asiatico scimus ex Herodiano 4, 8, 4, cf. Dio 78, 32.

3639 inter Tiburtinas ANTIQ. Tibure in aede S. Petri IVC. SIED. BRVN. ACC. LIG., ad D. Petri FABR. In S. Pauli DON. (sched.). — Tibure inventa a. 1647 ad monasterium Carmelit(anorum) GVD.

D · M
AGELE · AVG
VERN · PECVL
VIX · AN · VII · D · XI
POLYDEVCES
AVG · DISP
PATER

Antiquus n. 11 (Hamilt. f. 63, Red. f. 126'; ex cod. Red. edita est apud Gudium ind. p. LXXVIII); Iucundus Ver. f. 132, Magl. f. 108; Sieder ms. f. 75' (inde pendet Rambertus Pat. f. 141); Brunelleschi f. 70'; Accursius ms. f. 7; Ligorius Taur. 20 f. 75'' (ex Ligorio Ach. Statius Vallic. f. 156'; 'ex adversariis Ach. Statii' Donius ed. 7, 22; aliunde opinor schedae Donii cod. Vat. 7113 f. 52); codex Ottob. 2970 f. 16'; Marzi II p. 181; Gudius ms. 244, 4 ex schedis Holstenii, ut videtur, unde est in Gudii ed. ind. p. LXXVIII; Fabretti 245, 246 nescio utrum de visu an ex schedis.

Ita verba inscriptionis exhibent Antiquus Accursius codex Ottobonianus; adscripsi varias lectiones Iucundi Brunelleschii Ligorii Marzii Fabrettii. — 1 om. Lig. — 2 AGELAE Iuc. Sied. — 3 VERNE Fabr. — 4 VIXIT Iuc. (Magl.) Marz.; I longam dedi ex Accursio. — ANN Sied. Acc. Fabr. — VI Lig., VIII Marz. — 5 POLIDEVCES Brun. — In versuum divisione consentiunt Accurs. (nisi quod hic vv. 5 et 6 in unum coniungit) Ligor. Ottob. Fabr.

Ad v. 3 Mommsenus confert peculiaria mancipia apud Pomponium Dig. 3, 2, 4, 3.

XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61 *t*). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sartio in aedibus Boschi.

---

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), ‘in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem’.

---

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157 *a*: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | IIII VIR AEDILIS · IIII · VIR | IVR · DIC · IIII · QVINQ | QVAESTOR · IIII *cet.* Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

---

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae ‘apud Blasii [?] lapidicidam’ (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

---

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM scribe ET · EXSEDRAM.

---

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

---

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

---

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

---

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 1 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
IAZEMIS · $\overline{Q}$ · $\overline{Q}$ ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus CODICARIVS · ITEM patera
MERCATOR
FRVMENTARIVS
INVICTO
HERCVLI
EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

*libe*RALITATES · PVL
*imp. caes. t*RAIANI · HADRIA*ni augusti pont. max*
trib. pot. x · X · COS · III · P · P · IM*p. ii*
*erg*A · PROV*inciam* HISPANIAM BAETICA*m*
III · ID · AVG · Q · A*quilio nigro m.* REBILO APRONIANO · COS · IN · A   a. 117
IIII · K · IAN *l. tutilio luperco p. calpu*RNIO · ATILIANO · COS   a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 *p*.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, ‘de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatis’, verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium susceperat — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub*[*lice*] vel *pub*[*licae*] cogitari potest etiam de *pue*[*ris puellisque*], ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.

*ca*ES A*r*
LDX

Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M' · ACILIO · M' · F · GAL ·
GLABRIONI
CN · CORNELIO · SEVERO
COS ·
PONTIFICI · IIII · VIR · A · A · A · F · F ·
$\overline{VI}$ · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·
AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PII
*pr*AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS
*pat*RONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.